

ENCOMIUM

PICTURAE

IO. MARI

VERDIZOTI

Ad Inuictissimum Cæs. Maximilianum II Romanorum Imp.
semper Augustum.



*Venetijs, ex Typographia Dominici Guerrei, &
Io. Baptista, fratrum. 1569.*

ENCOMIUM PICTURAE

IO. MARI VERDIZOTI

Ad Inuictissimum Cæs. Maximilianum II Romanorum Imp.
semper Augustum.



*VIS te sacra parens rerum Pi-
ctura, Poesis
Docta manus non mentis inops æ-
quare canendo
Audeat? Et meritis dignas com-
ponere laudes?*

*Iam tua perpetuo quæ fulgent sidera cursu,
Aera, Et undiuagum vastis cum nauibus æquor,
Omnigenamq; potest virtus confingere terram:
Et quancunque animam variarum semina rerum
Natura ingentis gaudent producere in æuum.
Insuper atherci metas transcendis Olympi;
Et superum formas, Et numina sancta Deorum
Natura supra vires animantia mundum
Ostentas populis, nullo tractabile sensu
Argumentum, ingens, Et tantum mente colendum.
Nec tum vana facis: nam cum immortalia prorsus*

A 2 Mortales